

V I R O
 MAXIME VENERANDO, AMPLISSIMO,
 ATQVE DOCTISSIMO
 D O M I N O
 M. CAR. LAVR.
 KETTNERO

AEDIS AD TITVLVM DIV. MARIAE APVD
 VITEMBERGENSES DIACONO II^{do}

NEC NON
 ORDINIS SVI SENIORI MVLTVM GRAVISSIMO
 THEOL. DE HIS ET CETERIS MVNIIS OPTIME PROMERITO
 AVSPICATISSIMA CONNVBIA

CVM
 NATALIVM SPLENDORE ET VIRTVTVM QVAE SEXVM
 FEMINEVM DECENT ORNAMENTIS INSIGNITER
 INSTRVCTA VIRGINE

BEATA CATHARINA

VIRI QVOAD VIXIT
 SVMME VENERANDI MAGNIFICI ATQVE
 EXCELLENTISSIMI

D O M I N I
 HENR. GOTTL. SCHNEIDERI

DOCTORIS THEOLOGI LONGE CELEBERRIMI
 COLLEGII PRAESVLVM DIVINIORIS ECCLESIA RVMQVE
 APVD MERSEBVRGENSES ANTISTITIS PRIMARIET SVPERINTENDEN-
 TIS SENATVS SACRI ADESSORIS ET GYMNASII INSPECTORIS

VNICA FILIA

MERSEBVRGI
 AD D. VI. KALENDAS SEPTEMBREIS
 ANNI, QVAM SALVS PARTA EST ∞ MDCCXXXII

FELICITER CONCELEBRATA
 PIE DECENTERQVE CONGRATVLANTVR

KETTNERIANI NOMINIS ET VIRTVTIS

AESTVMATORES

M. IO. CASP. THOR-SPECKEN, F. PH. ASS.

M. IO. ANDR. BODENVVS, RECT. LYC. VITEMB.

VITEMBERGAE, LITTERIS HAKIANIS.



Kapsel 78 N 14 [67] AK
 X 3165062

Comicus Graecus:

Ὅυ πάντες ἔτε δυσχεῖσιν ἐν γάμοις.
Ὅυτ' ἐτυχεῖσι συμφορὰ δὲ ὅς ἂν τύχη
Κακῆς γυναῖκός ἐτυχεῖ δὲ ἐοθλῆς τυχῶν.



At niuis et dirae fat grandinis atque mi-
naxis

Imbris KETTNERO misit ab Axe
Pater.

Dextra rubens aedes satis est iaculata To-
nantis,

Satque pium nimbi terruit ira VIRVM.
Terruit ira domum, dum fata tulere parentum
Spem, fobolisque decus, Deliciasque thori.
Optuma dum coniux obiit, cui gloria formae
Atque ornamentum nobile mentis erat.
KETTNERI lacrumis tunc uidimus ora rigari,
En! cadit ex oculis nunc quoque gutta fuis.
Vidimus infantes suffundere lumina fletu,
Atque suae matris tristitia fata queri;
Quum uix coepissent risu cognoscere matrem,
Defunctae soluit debita iusta Pater,
Et sociam thalami suspirat morte peremtam,
Ah! cecidit, clamat, magna columna Domus.
Vtque superiecto brumalibus aequore uentis
Vndae proluuie fluctuat omnis ager:
Sic quoque SCHROEERI, senio Venerabilis, atque
Doctrina magni, fluctuat Ampla Domus.
Plangit enim gnatam, nulli pietate secundam,
Germanam fratres, queis adamata, gemunt.
Tristitia cunctos superas, dilecte Marite,
Maximus exque TVIS uultibus imber abit.

Vix lacrumis parcens meditaris uota secunda,
 Fata TIBI cladem, Sponse, tulere nouam.
 Socrus, quam uirtus ornabat uera, fidesque
 Indubitata, dies claudit in orbe suos.
 Erectos oculos iterum, VIR CANDIDE, claudis,
 Nam pietas fletus concitat inde nouos.
 Nec sedatus erat stridentis turbinis horror.
 Tene parem tantis uidimus esse malis?
 Vidimus; at robur praecordia muniit, atque
 Aes triplex circum nobile pectus erat.
 Antaeo similis prostratus, fortior usque
 Surgebas, quoties pes quatiebat humum.
 Integritas, pietas, doctrinae robora, Zelus
 Armant TE, fortis miles in aede Dei.
 Omnes his armis superas feliciter hostes,
 Porro TIBI uires indat ab axe PATER.
 Auster ut obscuris detergit nubila Coelis,
 Nec semper madido conciet ore niues;
 Sic Tu tristitiam sapiens finire memento
 Laetitia, cum fert otia grata Deus.
 Nil desperandum duce NUMINE et auspice, mundus
 Si ruit, impaudum tanta ruina ferit.
 Cum fratres Helenes nautis, bona fidera, fulgent,
 Vela citi soluunt prosperiore uia:
 Remos impellunt, spumas salis aere *ruentes*,
 Vt tangant portum, perfugique locum.
 Prospera lux oritur TIBI, VIR VENERABILIS, euge!
 Continges portum, quo TIBI cursus erat.
 Exulat hic laetis tempestas horrida taedis,
 Inueniet nullum sollicitudo locum.
 Infames scopuli, quos Acroceraunia dicunt,
 Et tristes Hyadae non remorantur iter.

Auspiciis laetis melior fortuna rependet,
 Quae TIBI, quaeque TVIS gaudia multa ferent.
 Nubila multa ferunt sociales, inquis, amores,
 Iniiciunt pedibus uincula iura thori.
 Iniiciant illis, qui tristi fidere nati
 Ducunt ex Hecubae posteritate satam.
 Illi sol melius nitet, illi gratior omnis
 Itque reditque dies, cui bona Costa datur.
 Non cunctis, dices, contingit adire Corinthum,
 Est mala mixta bonis, est bona mixta malis.
 Nec Martisburgum cuiuis contingit adire,
 Quod TIBI adire licet. Suscipis inde bonam:
 Suscipis inde piam, coelo indulgente, *Maritam*
 Quae scit amare Deum, quae scit amare *Virum*.
 Hanc genus et uirtus, hanc splendida munera formae,
 Ornant, hanc decorat cum pietate fides.
 Felix, o nimium felix, cui munere tanto
 Expletur moeror deiiciturque dolor.
 Gaudia tanta Tibi sint propria, *Chare marite*,
 Perpetua esse finat gaudia tanta Deus!
 Non caligo TVAS obscuret squalida taedas,
 Nec myrti perdat germina laeta notus.
 Feralesque! faces KETTNERI limina quondam
 Terrentes, nunquam limina prisca petant.
 Viuite felices. concordēs uiuite! turbo
 Tristes KETTNERI ponat in aede minas.
 Sat niuis, et dirae fat grandinis, atque minacis
 Imbris KETTNERO misit ab axe PATER.



V I R O
MAXIME VENERANDO, AMPLISSIMO,
ATQVE DOCTISSIMO
D O M I N O
M. CAR. LAVR.
KETTNERO

AETIS AD TITVLVM DIV. MARIAE APVD
BERGENSES DIACONO IIdo

NEC NON

VI SENIORI MLTVM GRAVISSIMO
HIS ET CETERIS MVNIIS OPTIME PROMERITO
AVSPICATISSIMA CONNVBIA

CVM

SPLENDORE ET VIRTVTVM QVAE SEXVM
TEVM DECENT ORNAMENTIS INSIGNITER
INSTRVCTA VIRGINE

CA CATHARINA

VIRI QVOAD VIXIT

VENERANDI MAGNIFICI ATQVE
EXCELLENTISSIMI

D O M I N I

GOTTL.SCHNEIDERI

THEOLOGI LONGE CELEBERRIMI

AESVLVM DIVINIORIS ECCLESIA RVMQVE

RGENSES ANTISTITIS PRIMARIET SVPERINTENDEN.

S SACRI ADESSORIS ET GYMNASII INSPECTORIS

VNICA FILIA

MERSEBVRGI

VI. KALENDAS SEPTEMBREIS

QVAM SALVS PARTA EST ∞ 19 CC XXXII

FELICITER CONCELEBRATA

PIE DECENTERQVE CONGRATVLANTVR


NERIANI NOMINIS ET VIRTVTIS

AESTVMATORES

ASP. THOR-SPECKEN, F. PH. ASS.

DR. BODENVS, RECT. LYC. VITEMB.

TEMBERGAE, LITTERIS HAKIANIS.



78 N 14 [67] AK
X 3165062